

*A vasvári káptalan előtt Mochia comes, Szilvágyon bizonyos birtokrészt Bernhard monyorókeréki várnagynak elzálogosít. 1292, aug. 3.*

Nos Capitulum ecclesie beati Michaelis de Castroferreo damus pro memoria quod comes Mochia, coram nobis personaliter constitutus tres mansos suos quod vulgo Lahun dicitur habitatores continentes et quartum vacuum de villa sua Zilwag uocata, pignori se retulit obligasse comiti Bernhardo castellano de Monroukerek qui aderat receptis tribus marcis et fertone ab eodem ut dicebat a festo sancti michaelis autumnali usque ad reuolucionem eiusdem festi et in eodem cum ipsis tribus marcis et fertone latorum denariorum completo vno anno redimendos ab eodem nec medio tempore redimendi sicut annuit et concessit habebit facultatem nisi termino ad hoc presignato qui si ipso termino redemptioni assignato. redimere non poterit mansos supradictos incurret sicut assumpsit penam dupli Preterea idem comes Mochia obligauit se firmiter et assumpsit ut vnum de filys Itemir et alium de filys leunardi cognatos suos in festo sancti Regis Stephani proximo venturo statuere presente eodem comite Berunhordo teneretur coram nobis confessuros cum eodem Mochia ab omnibus eundem comitem Berunhardum inquietare seu molestare uolentibus racione premissa defensuros, propriis laboribus et expensis Datum in octauis beati Jacobi apostoli anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. nonagesimo secundo.

K i v ü l , e g y k o r u í r á s s a l : Pro comite Bernhardo contra comitem Mochiam.

Zárlatán pecsét-nyomokkal ; eredetije a gr. Festetics cs. ltban, Keszthelyen, „Zala“ Nro 12.

N a g y I.